HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 67r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

lulii israhel et samaria ciuitas conquiesciunt recepto in se erroris ardore
donec tota massa fermento similis fiat et crescere atq; erumpere
ac ppls intumescens clamare ad forcs. hieroboá regis et dicere. hic
est dies hieroboam. regis. nri. hic est dies festus. quem nobis nr constitu
ait imperator: hunc celebramus. hunc canimus. in hoc exultamus
et ludim. in hoc uitulos aureos adoram. Clamante ppło principes non
irati sunt ut quidá putant sed ipsi ceperunt furere á uino. et intel
ligentiá mentis suę amittere. obliuisci di. et in ydolorú ligna inpin
gere. Quod cú rex cernere clamare scilicet pplm et dicere. dies iste
regis nri est. et principes quasi tumulentos et phanaticos nescire quid di
cerent. extendit manú suá cú inlusoribus copulauit assensiú. his qui
eis uanis laudib inludebant. Qui inlusores cú insidiarentur eis rex
suus. et eos á dó suo abducere. pbuerunt et quasi clibanú cor suú.
ut eos succendere. et ydolatrię flammis ardere facere. idcirco eni
assensus est ppło. quia intellexerunt omi eos ad errorem mente conuersos.
Qdq; sequitur tota nocte dormiunt coquens eos. mane ipse succen
sus quasi ignis flammę. hoc significat. Post quá misit ignem in cliba
nú cordis eorú. et uidit eos furere et nullú esse qui suę uoluntati
resistere tota nocte dormiunt. hoc est securus fuit. uelatus intenebris
est. dú illi coquerentur: et impietatis panem efficerent. Vnde postea
surrexit mane. et scelerú suorú flammá aperta ostendit insania. ut
nequáq; pinsidias. sed impudenter á di cultu ad ydolorú cerimo
nias transiuerent. Quid plura. oms quasi clibanus ydolatrię igne
calefacti sunt. et deuorauerunt iudices suos. ut etiá qui bonus poti
erant esse p naturá. et religionis dni recordare uidens et principes. et
pplm. uitulis subditos. et illos putare deos etiá ipse ásedere deuora
ret. Denique omes reges ceciderunt israel. et ambulauerunt in uia israhe
roboam filii nabath. qui peccare fecit israel. et nullus in uentis est. qui
deseruis ydolis reuertere ad dm. Hec iuxta hebreorú traditionem au
dacter magis quá scienter locuti sumus. fidem dictorú auctoribus
relinquentes. nunc ad spiritalem intelligentiá transeamus. In felices
ppli qui á rege diabolo et abeius principib seducuntur. siue qui ab
hereseos principib. et abeius ducib sollempnitates alias susceperint
relinquentes ecclam et ueritatem fidei ęculentes. solent clamare
et dicere. hec est dies regis nri. uerbi grá ualentini. marcionis. arrii.
atq; eunomii. Qd audientes qui eis prepositi sunt non inebriantur
uino. ne leuis putetur esse peccatú. sed insaniunt ex uino. de quo